

# Fabula de iudicio Paridis

## Argumentum:

Iuno, Minerva, Venus pretium formae sibi vindicant.  
Iuppiter discordiam earum non sustinet.  
Itaque Paridem iuvenem iudicare iubet.  
Iam deae animum iuvenis donis in se vertere student:  
Iuno regnum omnium terrarum promittit, Minerva sapientiam,  
Venus Helenam, formosissimam omnium mortalium.  
Paris non cessat iudicare formosissimam immortalium esse Venerem.

## Fabula:

### *Apud deos:*

*Discordia:* Formosissimae!

*Iuno:* **Ego** pretium formae **mihi** vindico!

*Minerva:* **Ego** pretium formae **mihi** vindico!

*Venus:* **Ego** pretium formae **mihi** vindico!

*Iuppiter:* Discordiam vestram, deae, non sustineo.

Itaque Paridem iuvenem iudicare iubeo.

### *Apud Paridem:*

*Mercurius:* Salve, Paris!

Iuppiter nos mittit.

Tu, Paris, iudicare debes:

Quae dea est formosissima?

*Iuno:* Si iudicas **me** esse formosissimam, **ego** regnum omnium terrarum tibi promitto.

*Minerva:* Ego sapientiam tibi promitto.

*Venus:* Ego Helenam, formosissimam omnium mortalium, tibi promitto.

*Paris:* Te, Venus, formosissimam immortalium esse iudico.